AUGUSTINUS
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 37v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35140
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Hic est qui baculo suo nos cedit et pro cingulo manus
suas ligat vt caro que data est nobis in adiutorium fiat
nobis in scandalum et ruinam. Grauis lucta et grande peri
culum. adversus hostem domesticum pugnare et maxime cum nos
advene sumus et ille civis. Ille suam habitat regionem nos
exules sumus et peregrini. O magnum quoque discrimen adu
versus dyabolice fraudis astucias tam crebros primo minuos
sustinere fluctus qui tam astutum facit non tam natura subtilis
quam exercitacio malicie hujus longa. Quomodo miseria pre
sentis vite compellit nos desiderare iocunditatem celestis
Nepe me de inimicis meis eripe meus et ab his qui
qui oderunt me quia confortati sunt super me. Ego vero
quia adhanc diem vixi extra me. iam per tuam gratiam in vite
istipiam. Sic cum viuere debemus vt cum corpus ceperit
a vermibus deuorari in sepulchro ania letetur cum sanctis in celo. Illuc
spiritus dirigendus est quo est iturus. Illuc festinare de
bemus vbi semper viuamus et vbi mori vnquam amplius time
amus. Si sic animam istam liberam et adducam vitam vbi
cum tanto labore viuimus vbi comedendo bibendo et dormi
endo vix necessitatibus carnis sufficimus. O multo magis
amare debemus eternam vitam vbi nullum laborem sustine
mus vbi summa semper iocunda summa felicitas. felix liber
tas et felix beatitudo vbi similes erunt angelis dei et fulge
bunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Qualis putas tunc
erit splendor animarum quum de solis splendore habebit corpus
lux. Nulla erit ibi tristicia. nulla angustia. nullus dolor.
nullus timor. nullus erit ibi labor. nulla mors sed pe
tua sanitas semper ibi perseuerat. Non suergit ibi malicia
nec carnis miseria. Nulla est ibi egritudo. nulla omnino

37v